

## S. PAULUS AP.

De ejus festo Commemorationis die 30. Jun. vd.: *Fest. SS. Cord. Jesu* (fest. privil., decr. n. 4579 ad fin. notae t. I. p. 554); *SS. Petr. et Paul.* (Solemnit. Romae etc. §. 4).

## B. PAULUS A CRUCE.

*Ad dubium*: In Missa propria beati Pauli a Cruce paucis abhinc annis approbata ac similiter inserenda in appendice pro aliquibus locis Graduale pro tempore paschali desumptum fuit ex capite 3. epistolae ad Colossenses, ita tamen ut lectioni Vulgatae presse non inhaereat. In praedicta enim Missa legitur: *Mortui estis et vita vestra abscondita est cum Christo etc. . . . Quum Christus apparuerit vita vestra et vos apparebitis etc.* quando Vulgata in primo testimonio ita se habet: *est abscondita*; in altero autem testimonio: *tunc et vos apparebitis etc.* Quaeritur itaque: An in nova Missalis editione praedictum Graduale sit reformandum juxta lectionem Vulgatae?

S. R. C. resp.: Affirmative.

Die 25. Septbr. 1860.

## PAUPERES.

## 1) Ante et in Ecclesia.

Vd.: *Instructio Clem. §. XXVIII. n. 1 etc.*; *Laici* (Quomodo se gerant. etc.); *Munditia Eccles.*; *Sacrista.*

## 2) In lotionem pedum in Coena Domini.

Vd.: *Mandat. in Coena D. (Persona).*

## PAUSA.

(In Psallendo.)

Vd.: *Psallendi modus.*

## PAX.

## 1) Abbatissae.

Exigit Abbatissa in Oppido de Remiremant. ut Subdiaconus instrumentum pacis deferat.

S. C. resp.: Non licere. n. 3097 die 24. Nov. 1685.

## 2) Cleri.

Modus et ordo dandi et recipiendi.

Vd.: *Pax* (modus etc.).

Assistens Presbyter pluviali indutus pacem acceptam ab *Episcopo pontificaliter celebrante* Canonicis et aliis juxta Rubricas Pontificalis deferre debet. n. 33 ad 2 die 17. Nov. 1592.

Assistentem debere *stantem* recipere pacem ab Archiepiscopo, facta prius et post receptam pacem genuflexione juxta Caeremon. (Lib. I. c. XXIV.) n. 1055 die 12. Junii 1638.

In missis *conventualibus* Subdiaconus pacem a Diacono acceptam, servato rubricae Missalis ordine, existentibus in choro aliisque deferat. n. 33 ad 5, 17. Nov. 1592. Vd.: *Incensatio Cleri* (debetne fieri? decr. n. 5183).

Pax est Vicario et Canonicis ante Auditores et Advocatos fiscales deferenda. n. 42 die 16. Febr. 1593.

Diaconus et Subdiaconus ministrantes sacram communionem de manibus Episcopi celebrantis accipiant, et deinde osculum pacis, ut in Caeremoniali cavetur; sed si fuerint Sacerdotes et jam celebraverint, tunc postquam Presbyter assistens cum pluviali pacem ab Episcopo celebrante acceperit, ut illam per chorum distribuat, Diaconum, qui cantavit Evangelium, debere pacem ab Episcopo accipere, et illam Subdiacono dare, Subdiaconum vero tunc illam duobus Diaconis assistentibus ministrare debere. Archiepiscopo Missae per Canonicum celebratae *assistente* debere Diaconum a Subdiacono pacem accipere quando ministrata pace caeteris Canonicis choro existentibus revertitur ad altare. n. 322 ad 1 et 2 die 17. Junii 1606.

Episcopo *celebrante* Diaconus Evangelii et Subdiaconus Epistolae, si sint

ordine Presbyteri et voluerint celebrare vel jam celebraverint, debent pacem accipere ab Episcopo immediate post duos Diaconos assistentes, servata forma, quae traditur in libro Caeremon. de ordine dandi pacem. Episcopo vero *non celebrante* Subdiaconus accipit pacem a Canonico, qui pacem dedit Episcopo, et illam distribuit caeteris Canonicis per ordinem et revertens ad altare pacem dat Diacono. *Absente* Episcopo, Diaconus accipit pacem a Celebrante et dat pacem Subdiacono, qui illam distribuit per chorum juxta regulas libri Caeremonialis. n. 374 ad 13 die 15. Martii 1608.

Quique Clerum thurificet, eidem pacem similiter deferat. n. 2060 die 12. Junii 1660.

Quando Diaconus et Subdiaconus ministrantes s. communionem de manibus Episcopi celebrantis accipiunt, tunc debent accipere osculum pacis immediate ab eodem Episcopo, ut in Caerem. cavetur; sed si fuerint Sacerdotes et jam celebraverint vel sint celebraturi, tunc debent accipere pacem ante ipsos primo loco Presbyterum assistentem cum pluviali, ut illam per chorum distribuat et deinde Diaconum, qui cantavit Evangelium, ab eodem Episcopo et illam Subdiacono dare; Subdiaconum vero Diaconis assistentibus, adeo ut Diaconi assistentes utroque casu semper debeant habere a Subdiacono ministrante. n. 2271 die 24. Maii 1664.

*Ad dubium*: An Diaconus accipiens pacem a Celebrante debeat simul supponere brachia sua brachiis Celebrantis, uti faciendum docet P. Gavantus, vel debeat stare manibus junctis ut in praxi alii contendunt? Et similiter id facere debeat Subdiaconus accipiens pacem a Diacono?

S. C. resp.: Servandam esse in casu dispositionem P. Gavanti in omnibus. Die 23. Maii 1840 in Tuden.

Episcopo celebrante, postquam dixerit: *Agnus Dei etc.*, ipse Presbyter assist. accedit ad ejus dexteram et genuflectit ante SSmum, ac surgens osculatur altare simul et eodem tempore cum ipso celebrante; mox appropinquans sinistram genam sinistrae Celebrantis accipit ab eodem Celebrante dicente: *Pax tecum* osculum pacis, cui ipse respondet: *Et cum spiritu tuo*; factaque ibi iterum genuflexione discedit comitante Caeremoniario osculumque praedictum per chorum ordine distribuit, incipiendo a dignioribus.

Advertendum est, quod ipse Assistens non dat osculum Diacono Evangelii et Subdiac. Epistolae nec duobus Diaconis assist., isti enim capiunt pacem ab eodem Celebrante statim postquam illam dedit Presbytero assistente, genuflectentes prius et post ante SSmum *non tamen osculantes altare*. Diaconus vero et Subdiaconus capiunt pacem ab eodem Episcopo celebrante, cum ab eo accipiunt communionem; sed si fuerint Sacerdotes et jam celebraverint aut velint hoc die celebrare, tunc, postquam Presbyter assist. cum pluviali pacem ab Episcopo acceperit, ut eam per chorum distribuat, ab eodem Celebrante pacem etiam accipiunt Diaconus et Subdiaconus cum Diaconis assist.

Observabit Presbyter assist. osculum deferens, ut nulli quantumvis supremo Principi, etiamsi esset Imperator vel Rex, ullam reverentiam faciat, antequam ei pacem det sed post datam pacem, cui etiam ipsi, qui acceperunt pacem ab eo, debita reverentia correspondent, cum sit ex primis Dignitatibus vel Canonicis Ecclesiae. Legatus tamen aut Princeps supremus parum correspondent in reverentia.

Regulare est, ut pax detur primo cujusque Ordinis, videlicet primo ex Canonicis Presbyteris, primo ex Ca-

stici, dum Diaconi Officio in Missa solemniter funguntur, non supponunt brachia sua brachiis Celebrantis; accipiunt pacem ab isto tenentes manus junctas ante pectus. Quaeritur ergo: an Diaconus accipiens pacem a Celebrante debeat simul supponere brachia sua brachiis Celebrantis, uti faciendum docet P. Gavantus, vel debeat stare manibus junctis ante pectus, ut in praxi alii contendunt? Et similiter id facere debeat Subdiaconus, accipiens pacem a Diacono, qui juxta eundem P. Gavantum debeat quoque supponere brachia sua brachiis Diaconi?

Et S. eadem C. respondendum censuit: Servandam esse in casu P. Gavanti dispositionem in omnibus.

Atque ita rescripsit, declaravit, indulsit servarique mandavit. n. 5050 ad 9 die 23. Maii 1846.

#### 8) Modus dandae Pacis in missa Papa celebrante.

(Ex Caerem. Ecclesiae Romanae.)

Quando Papa celebrat, dat primo pacem Cardinali Episcopo assistenti, qui ab ejus dextra genuflexus primo osculatur altare et deinde accipit osculum a Pontifice, eique dicenti: Pax tecum, respondetur: Et cum Spiritu tuo. Deinde Pontifex vertit faciem ad cornu Epistolae et recipit ad osculum pacis duos Diaconos assistentes, sicut receperat Episcopum Cardinalem. Si autem Imperator sit praesens, primo illum recipit ad osculum pacis deinde Episcopum Cardinalem et duos Diaconos assistentes. Episcopus Cardinalis deinde dat pacem primo Episcopo Cardinali existenti cum aliis Cardinalibus, primo Presbytero et primo Diacono existenti apud scamna. Item Principi laico, qui sedet in scamno Cardinalium, et demum primo Episcopo Cardinali assistenti Papae et in

fine Subdiacono apostolico, qui aliis pacem distribuit, et ipse Episcopus Cardinalis revertitur ad Summum Pontificem.

#### 9) Modus servandus in Missa solemniter a Cardinali vel Praelato celebrata praesente Pontifice.

Quando aliquis Cardinalis sive Praelatus celebrat, Pontifice praesente, Cardinalis assistens, dicto *Agnus Dei*, recedit de circulo, et factis reverentiis ascendit ad altare et genuflexus illud osculatur primum, tunc surgens capit pacem a Celebrante et deinde ascendit ad Papam, cui dat osculum pacis, ut supra, deinde revertitur ad locum suum cum aliis Cardinalibus, et alii Diaconi assistentes descendentes a latere Pontificis, factis reverentiis, similiter ascendunt ad Papam et capiunt ab eo osculum pacis; et si adest Imperator, accipit pacem a Pontifice ante Diaconos assistentes, faciens reverentias. Cardinales genuflectendo tamen, non inclinando solum. Interim vero Capellanus assistens Celebranti cum pluviali, ductus a Caeremoniarario, relinquens librum Missalem ad manus Diaconi, cum reverentiis solitis accedit ad Cardinalem assistentem et ab eo accipit osculum pacis, et se ei inclinatur, antequam capiat et postquam acceperit pacem. Deinde dat pacem Priori Episcoporum Cardinalium, tum Subpriori Episcoporum, inde primo ex Diaconis in sede, demum Principi laico, si quis adest in ordine Cardinalium, et his omnibus inclinatur se primo et postea. Deinde dat pacem Praefecto sive magno Principi, qui sedet ad pedes Papae, inde primo Episcopo assistenti, tum Vicecamerario, qui eam dat Praelato juxta eum stanti, et ille alteri et sic caeteri. Deinde Oratori Caesaris laico vel non Praelato, et ille alteri Oratori juxta eum stanti, etiamsi alter non sit imperialis vel regalis

## PAX VOBIS.

### 1) Dignitar. et Canon.

Dignitatibus et Canonicis Metrop. Urbinaten. non licet in Missa pontif. populum salutare dicendo: *Pax vobis* loco: *Dominus vobiscum*. n. 4224 ad 5 die 29. Jan. 1752.

Vd.: *Usus Pontifical.* (decr. n. 4585 nota; n. 4593 ad 16; decr. Clem. XIV. 16. Oct. 1771; Pii VI.).

### 2) Episcopi.

Finito hymno *Gloria etc.* Episcopus surgit et stans versus populum cantat elevatis statim junctis manibus: *Pax vobis*. *Caer. Ep.* l. II. c. VIII. n. 39.; c. XXVII. n. 24.

Episcopus in missa sol. *Adventus et Quadrag.* ante Orationem dicit: *Dominus vobiscum*, non: *Pax vobis*. *Ibid.* l. II. c. XIII. n. 8.; c. XVIII. n. 25.

*Leo VII. PP. Episcopis, Abbatibus etc. Galliae, Germaniae, Bavariae etc.*

Consultum est etiam: utrum Episcopi „*Pax vobis*“ an „*Dominus vobiscum*“ pronunciare debeant? Sed non aliter per omnem vestram provinciam tenendum est quam in sancta romana Ecclesia. In dominicis etiam diebus et in praecipuis festivitatibus atque Sanctorum natalitiis *Gloria in excelsis Deo* et *Pax vobis* pronunciamus, in diebus vero Quadragesimae et in quatuor temporibus sive in vigiliis Sanctorum et in reliquis jejuniorum diebus *Dominus vobiscum* tantummodo dicimus.

Anno 939. (Bull. r. t. I. p. 393. Ed. Aug. Taur. 1857.)

## PECCATUM.

(Modus confitendi.)

Vd.: *Poenitentia.*

Orator, et sic de aliis. Tum Senatori, inde primo Episcopo in secundo ordine et primo in tertio, et sic de aliis, si sunt plures Ordines Episcoporum. Deinde primo Protonotario in illorum ordine, qui sunt in eisdem locis, sive Abbates sive Generales aut Poenitentiarum accipiunt pacem a superioribus. Interea si Celebrans jam perfecit Communionem suam, revertitur assistens Capellanus ad altare et Caeremoniararius accipit ab eo pacem et distribuit reliquis, quibus ille non dederat. Post nominatos primo dat pacem Nobilibus et Baronibus, qui sunt ad pedes Papae, deinde Magistro sacri Hospitii, si adest, tum Subdiacono a dextris et ille reliquis cappatis ab eo latere; inde Subdiacono a sinistris et ille similiter suis cappatis; deinde Auditori servienti de mitra et ille secretis Cubiculariis, tum alteri Caeremoniarum Clerico, deinde Diacono Evangelii et ille Subdiacono. Inde primo ex Cubiculariis, primo ex Advocatis sive Secretariis; deinde primo ex Procuratoribus, tum primo ex Capellanis Celebrantis, postea antiquiori ex Scutiferis Papae, primo ex Ostiariis et primo ex Servientibus armorum, et sic est finis. Absente vero Camerario, dat primo Oratori Caesaris et ille alteri, ut supra dictum est, tum Senatori, deinde primo Oratori Praelato, si Caesaris Orator est laicus vel non Praelatus; sin autem dat primo Oratori laico seu non Praelato, et aliis, ut supra diximus. Quod si etiam Oratores Caesaris non intersint, tum Oratoribus Praelatis, si inter eos sint regii; sin minus, incipitur a laicis, si ibi sunt regii, et caeteris paribus a Praelatis.

*Caeremoniale Eccles. rom.* (Catalan. t. II. p. 394).

## PAX DOMINI.

Vd.: *Hostia* (tractatio).

## PECTORALE EPISCOPI.

Vd.: *Cruz pector. Dignitar. etc.; Oscul. Parament.*

*Ad dubium*: an Pectorale seu formale sit ornamentum adhibendum private ab Episcopo, seu potius illo uti possint prima aliaeque dignitates et canonici sol. celebrantes juxta consuetudinem Ecclesiae Cath. Conimbr.?

S. C. resp.: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. n. 4235 ad 10 die 15. Sept. 1753.

## PECUNIAE

(Offerendae in ador. Crucis.).

Vd.: *Lanx; Parasc.* (ador. Crucis); *Oblatio in Parasceve.*

## PENTECOSTES

(Octava.).

*De missis votiv. priv. et de Req. in vig. Pent. et infra octav.*, vd.: *Missae votiva* (Dies et octavae prohib.); *Missae de Req.* (Privata; infra oct. sol.) *De Communicantes* in festo Pent., vd.: *Communic.*; *Exalt. s. crucis* (Conclus. orat. nota.).

## PER EVANG. DICTA etc.

*Ad dubium*: Num in missa de *Requiem*, quamvis non osculatur Evangelium, recitari debeant verba: *Per Evang. dicta etc.*?

S. C. resp.: *Negative.*  
Die 11. Sept. 1847 ad 12.

## PERRUCCA.

Vd.: *Parrucca.*

## SS. PETRUS ET PAULUS.

## 1) Commemoratio in Suffrag.

*De eorum commemoratione uti Patronorum principalium in Suffragiis*, vd.: *Suffragia* (decr. n. 4149); *SS. Petrus et Paulus* (Patroni princip. Romae.).

## 2) Commem. in eorum festo de omnib. ss. Apostolis.

Vd.: *Commemor. ss. Apostol. omm.*; *Vacatio ab operib.* (decr. Pii PP. VI.)

## 3) Dedicatio Basil. SS. Apost. Petri et Pauli.

*De commem. octavae dedicationis Ecclesiae, si ea incidit in festo Dedic. Basil. SS. Apost. Petri et Pauli*, vd.: *Missale* (Correctio, decreta inserenda etc.)

## 4) Festum cadens in die octava SS. Corp. Chr.

*Ad dubium*: Festum SSmi Corp. Jesu quum a memoratae Eccl. Capitulo celebretur cum oct. privilegiata, uti asseritur, ad instar Epiphaniae, quaeritur: num die oct. occurrente interdum in solemnitate s. ap. Petri et Pauli, officium debeat esse de iisdem ss. ap. cum commemoratione diei oct. SSmi Corp. Chr. vel potius de ipsa die oct. translato officio ss. apostolorum?

Et S. eadem C. ... respondendum censuit:

„Juxta rubricas affirmative ad primam partem, negative ad secundam.“

Atque ita rescripsit. n. 5131 ad 2 die 22. Julii 1848.

Vd.: *S. Joa. Bapt.* (transl. festi; decr. de die 14. Maii 1830.)

Placuit SS. mandare, ut declararetur, festivitates s. J. Bapt. et ss. ap. Petri et Pauli *in omni ditione regis catholici non esse transferendas*, quoties incidant in octavam SS. Corp. Chr., et decr. S. R. C. sive resolutionem 1. dubii in Santander. emissam 26. Jan. 1793 locum amplius non habere.

Romae 16. Decb. 1796 et 14. Maii 1803.

## 5) Festivitas Romae peragenda.

*De die natali beatorum apostolorum Petri et Pauli per totam octavam Romae solemniter celebrando.*

*Benedictus PP. XIV.*

Ad perpetuam rei memoriam.

Admirabilis sapientiae Dei sublimitas, cujus provida dispositione mundana regna constituuntur, ut Ecclesiae fidelium, quae divino comitata adiutorio peregrinatur in terris, vel amplificandae vel exercendae vel custodiendae, alternantibus miro ordine vicibus, inserviant, voluntariam humani generis caecitatem et proclivem in deteriora nequitiam secretiori consilio et altiori pietate commiserans, cum, adveniente temporum plenitudine, sedentibus in tenebris et ambulatibus in umbra mortis evangelicae fidei lucem effundere decrevisset, Romanum praeparavit imperium, ut promptiores ad omnes populos praedicatio veritatis haberet accessus, quos unius civitatis dominatio sociaret. Imbuendi autem evangelio mundi partibus, accepta per spiritum sanctum omnium locutione linguarum, duodecim apostolis distributis, beatissimus Petrus princeps apostolici ordinis ad arcem Romani destinatur imperii, ut ea capta et in obsequium fidei subjugata, facilius universus orbis humilitati crucis superba colla submitteret. Ad hanc postea coapostolus ejus Paulus, aliis peragratis provinciis, adveniens, labore et meritis illi consociatus est, ut Roma tantorum apostolorum edocta magisterio, quae superstitionis studio profanos omnium gentium cultus atque errores receperat, veritatis amore, sanctae atque immaculae unius Dei religionis sedes evaderet.

§. 1. *Isti enim sunt Romanae Urbis patres verique conditores*, qui eam regnis coelestibus adscribendam melioribus auspiciis et fortunatioribus initiis condiderunt, non illi, quorum manibus cognato sanguine pollutis prima moenium fundamenta locata sunt, e quibus is, qui ei nomen dedit, fraterna caede foedatam facinio-

rosis hominibus, scelerum impunitate promissa, habitandam concessit. At vero isti e tenebris idololatriae ad Fidei lumen avocata, evangelica veritate imbutam, Christianis ornatam virtutibus et ad coeli sublimitatem erectam, praetioso Sanguine suo consecrarunt, et sacris Corporum suorum sepulcris adversus furentium haeresum insidias et frementis infernalis hostis impetus, tanquam duobus firmissimis munivere propugnaculis. Beatus autem apostolus Petrus, sacerdotali sede Romam translata, cum privilegium potestatis a Christo Domino acceptae ad omnes suos transmittat haeredes, supremi culminis praerogativam quodammodo cum ea communicavit, adeo ut per beati Petri cathedram princeps ac caput Orbis fieret et in immensum religione divina ejus cresceret dignitas, cujus latius quam dominatione terrena per totum Orbem protentebatur auctoritas. Quare etsi in sanctorum solemnitatibus commune universorum fidelium deceat esse gaudium, cum ob fidei unitatem in acceptis a Deo per servos suos beneficiis indiscreta sit omnium utilitas, tamen natalis ap. Petri et Pauli festivitas, praeter illam reverentiam, quam toto terrarum Orbe promeruit, speciali et propria Romanae Urbis exultatione veneranda est, ut, ubi praecipuorum apostolorum glorificatus est exitus, ibi in die martyrii eorum sit laetitiae principatus.

§. 2. Vivit adhuc in mente hominum et nulla unquam delebit oblivio, vetus memoria et recordatio, quam merito et quanto per totum Orbem, sed praecipue in hac alma Urbe nostra, fuerit a primis Ecclesiae saeculis celebri cultu et splendida solemnitate natalis dies beatorum apostolorum celebratus. Siquidem ea die traditum est, Romanos pontifices praedecessores Nostros primum in basilica beati Petri in Vaticano, deinde in altera apostoli

nonicis Diaconis et primo ex Canonicis Subdiaconis, ubi distinctae sunt praebendae, vel, ubi non sunt distinctae, primo ab utroque latere stanti, qui successive pacem dat alteri subsequenti et ille dat alteri; et si aderunt Laici, detur illis pax cum instrumento, quod osculetur prius Presbyter assistens.

Postquam Assistens pacem Dignitatibus et Canonicis ac Magistratui dederit, dabit eam alicui Acolytho vel Caeremoniario, qui caeteris de choro distribuit. Nulli autem Ecclesiastico osculum hujusmodi dandum est nisi stanti.

Caer. Ep. l. I. c. XXIV. n. 2 — 7.

Cf.: Pax Episcopi assist. missae sol.

### 3) Cui danda?

Pacem dari debere omnibus choro interessentibus. n. 3960 die 15. Julii 1724.

### 4) Episcopi

#### a) Assistantis missae sol.

*Ad dubium:* Utrum in missa sol., quae coram Episcopo celebratur, Diaconus Evangelii a Celebrante vel a Subdiacono pacem sit recepturus et sit pax ipsa a Diacono vel a Subdiacono in defectum Presbyteri assistentis Episcopo deferenda?

S. C. resp.: In hypothese ad Diaconum Evangelii utpote digniorem spectare. n. 3614 ad 5 die 11. Febr. 1702.

Presbyter assistens Episcopi accipiet pacem a Celebrante acceptamque Episcopo deferet, qui eam duobus Diaconis assistentibus dat. Advertendum tamen est, si is, qui celebrat, sit Praelatus, ita ut habeat Capellanum assistentem cum pluviali in missa, tunc ipse Capellanus assist., postquam Episcopus pacem dedit duobus Dia-

conis assistentibus, accedit in choro ad locum dicti Presbyteri assistentis, qui dedit pacem Episcopo, et ab eo accipit pacem, quam ad alios defert. Quod si is, qui celebrat, non sit Praelatus nec habeat Capellanum assist. cum pluviali, eodem modo Presbyter assist. Episcopo accipit pacem a Celebrante eamque ad Episcopum defert, qui dat illam Diaconis assist. ut supra; mox stans in loco suo inter Canonicos illam dabit Subdiacono, qui cantavit Epistolam, qui ad alios defert, nisi adesset major Episcopo, quia tali casu semper illi dabitur pax ab eodem Presbytero assistente, qui pacem dat Episcopo.

Caer. Ep. l. I. c. XXIV. n. 8 — 10.

Vd.: Pax Cleri (Modus et Ordo).

#### b) Assistantis missae privatae.

Episcopo missam privatam audienti non Plebanus praebat pacem. n. 1378 ad 1 die 10. Maii 1642.

In missis planis, quae coram Episcopo dicuntur, adhiberi solet instrumentum pacis. Caer. Ep. l. I. c. XXIV. n. 12.

Post *Agnus Dei* a Capellano offertur instrumentum pacis, quod Episcopus osculatur. *Ibid.* c. XXX. n. 2.

#### c) In Synodo.

In fine Concilii *provinc.* post ejus approbationem dicto per Diaconum: *Recedamus in pace* et factis acclamationibus omnes Episcopi surgunt et accedunt ad osculum pacis a Metropolitanano accipiendum, quod deinceps inter se dant et accipiunt, ut charitatem conjunctionemque animorum ostendant. In Synodis *dioec.* magis deceret, ut acclamationes et oscula pacis omitterentur. Caer. Ep. l. I. c. XXXI. n. 19. 20.

### 5) Episcopi Titularis.

Cf.: Episcopus.

*Ad dubium:* An post delatam per Presbyterum assistentem pacem Episcopo locali, debeat illa deferri per dictum Presbyterum Episcopo Titulari, antequam Canonici assistentes in throno illam recipiant ab Episcopo locali?

S. C. resp.: Negative. n. 3976 ad 1 die 10. Apr. 1628.

### 6) Laicorum.

Vd.: *Mulier; Magistratus; Instrum. pacis; Praeses* (cap. V.).

Nulla modo convenit, ut Praesidens et Consiliarii Regii pacem ante Archiepiscopum recipiant, et ideo debere Capellanum expectare, donec Archiepiscopus pacem receperit et tunc et non prius illam Praesidenti etc. deferre. n. 313 ad 1 die 9. Maii 1606.

Praesidi Aprutinae post Episcopum dandum esse osculum pacis juxta Caer. l. 2. c. 24. n. 3401 ad 4 die 6. Oct. 1696.

Nullus omnino ex Praesidentibus Missae solemnium vel privatae una cum Cardinali Episcopo assistentibus pacem ante ipsum Card. Archiepiscop. recipiat, etiamsi illi, qui assistunt, sint Ministri Regii, Supremi vel alterius inferioris Consilii et separatim vel conjunctim cum aliis officialibus assistant, vel etiamsi sint inquisitores haereticae pravitatis separati vel cum aliis Officialibus conjuncti, etiam pro Tribunali sedentes et assistentes in die publicationis edicti, vel quavis alio modo. n. 324 die 16. Sept. 1606.

Quidam Dominus accepit pacem a Subdiacono, qui in Missa ministrat. S. R. C. resp.: Hanc consuetudinem... servandam esse, dummodo pax non osculo sed cum instrumento Domino ministretur. n. 403 die 21. Martii 1603.

Confirmatum est hoc decretum die 28. Jan. 1612.

Nulla modo convenire, ut Dominus loci... pacem a Diacono accipiat. Pacem dandam esse Domino loci, postquam fuerit in choro distributa, non a Beneficialis sed ab aliquo Ministro, cotta induto, non cum osculo oris, ut fit inter Ecclesiasticos, sed cum instrumento, ut convenit, quando pax inter laicos distribuitur. n. 495 die 5. Junii 1614.

Dominus loci Ferrantis Cavenago permitti posse pacem cum instrumento. n. 2092 die 15. Jan. 1661.

*Duci Segobriae etc.* osculum pacis ante Canonicos et Dignitates per Subdiaconum transmittatur. n. 849 die 16. Febr. 1630.

*Duci Campaniae* non est danda pax post Episcopum et Assistentes ante Dignitates et Canonicos. n. 3705 ad 3 die 13. Sept. 1704.

*Duci Segobriae* transmitti debet osculum pacis cum instrumento immediate post Episcopum et ante Dignitates et Canonicos per eum Presbyterum insignitum, per quem ministratur thurificatio. n. 2582 ad 3 die 26. Martii 1672.

Baroni Terrae Copranen. debetur pax cum instrumento per Acolythum superpelliceo indutum. n. 4204 ad 5 die 20. Sept. 1749.

### 7) Modus dandi.

Vd.: Pax Cleri (Modus et Ordo etc.).

Celebrans in Missa solemnium, dicto *Agnus Dei* et prima ex tribus Orationibus conversus ad Diaconum et complectens eum, dat ei pacem sinistris genibus sibi invicem appropinquantibus. Rubrica vero nihil dicit, an Diaconus vicissim debeat Celebrantem complecti. P. Gavantus super hanc Rubricam dicit, quod Diaconus superponit brachia sua sub brachiis Celebrantis. Nihilominus aliqui Ecclesia-